



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

4. De natiuitate Domini nostri Iesu Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE NATIVITATE CHRISTI

D. NOSTRI.

MEDITATIO IV.

EVANGELIVM.

IN diebus illis exijt editum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriae Cyrino: & ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galileæ de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatē Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eò quod esset de domo, & familia Dauid, vt profiteretur cum **M A R I A** desponsata sibi vxore prægnante. Factum est autem cū essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum

Luc. 2.

C pri-

40 **MEDITAT. DE VITA**
primogenitum, & pannis cum
uoluit, & reclinauit eum in pra
pio, quia non erat ei locus in di
forio.

FIGURA.

Exod. 2.

MOYSES postquam natus
positus est in fiscella scirpa

PROPHETIÆ.

Agg. 2.

ADHVC unum modicum est, &
go commouebo calū & terram,
ueniet desideratus cunctis gentibus.

Mich. 5.

2. Et tu Bethlehē Ephrata nequaquam
minima es in principib. Iuda: ex te en
axiet dux, qui regat populū meum Isra

Esa. 7.

3. Ecce virgo concipiet, & pariet filium
& vocabitur nomen eius Emanuel.

Esa. 66.

4. Antequam parturiet peperit, antequam
veniret partus eius, peperit masculum.

Esa. 9.

5. Parualus natus est nobis, & filius do
tus est nobis, & factus est pater
per humerum eius.

Esa. 1.

6. Cognouit bos possessorem suum, & asinus
praesepe Domini sui, Israel autem
me non cognouit.

Esa. 52.

7. Parauit Deus brachium sanctū suū
in oculis omnium gentium, & videbunt
omnes fines terra salutare Dei nostri.

8. Post

8. Po
minib
9. Et
cunct
10. P
men m
loqueb
11. Stell
& lata
Assum
tate, q
CO
I AM
Imun
manita
nostra
ctum il
& ab or
pectatu
pus ade
dum fa
nostra
monte,
gem no
deis tab
dibus i
cum ec
conspice
partim

CHRISTI. PARS I. 57

8. Post hac in terris visus est, & cum ho Baruch. 3.
minibus conuersatus est.

9. Et videbunt gentes iustum tuum, & Esa. 62.
cuncti reges inclytum tuum.

10. Propter hoc sciet populus meus no- Esa. 52.
men meum in die illa, quia ego ipse, qui
loquebar, ecce adsum.

11. Stella dederunt lumen in custodijs suis Bar. 3.
& latata sunt, vocata sunt, & dixerunt.
Adsumus, & luxerunt ei cum iucundi-
tate, qui fecit illas.

CONSIDERATIONES.

I A M appropinquabat tempus, vt *Punct. 1.*
Imundo appareret benignitas & hu- *Tit. 3.*
manitas Saluatoris nostri Dei, & terra *Esa. 3.*
nostra germinaret & produceret fru-
ctum illam sublimem tam Deo grati,
& ab omnibus retro seculis tam diu ex-
pectatum & desiderati. Præterea tem- *Exo 34.*
pus aderat, vt verus ille Moyfes secun-
dum faciem obuelatus humanitatis
nostræ velo, descendens ex præcelso
monte, se populo demonstraret, & le-
gem nouam, non iam præduris lapi-
deis tabulis, sed teneris hominum cor-
dibus insculptam in lucem proferret:
cum ecce B. Virgo, partim ardens
conspicere Filium Dei incarnatum,
partim exultans imminere tempus

natiuitatis eius, cogitur exire domo,
magno suo incommodo conferre se
Bethlehem, vt secundum edictum

A V G V S T I inscriberetur. Vt

confidera primo eius obedientiam
humilitatem, quod Mater existens Re-
gis cælorum, non dedignetur cum tu-
to suo periculo obedire Regi terreni.

Deinde confidera patientiam eius
perferendis itineris laboribus, alijsque
afflictionibus multis; erat enim tem-
pus præfrigidum & asperum, via lon-
ga & difficilis, comites inopes & rebus
necessarijs destituti, ipsa Virgo tenera
& iam partui vicina. Insiste tu quo-
que ô anima mea vestigijs horum San-
ctorum peregrinorum, sequere eos in
quis passibus, & perpende qua ratione
hoc iter conficiant, nimirum, nunc lo-
quendo de Deo, nunc loquendo cum
Deo, aliquando suauiter & familiariter
conuersando, sic vt vicissitudine exer-
citorum nimiam fatigationem abstu-
lerint, & itineris asperitatem mitiga-
rint.

2. **CONSIDERA.** quomodo B.
Virgo, eiusque sponsus Iosephus, sub
vesperum ingressi ciuitatē Bethlehemi,
etsi maximè opus haberent post tantos
itineris labores quiete, non inuenerint
locum

locum
quanta
ne & d
vt loc
angore
dilecta
to à De
potuit.

Ergo
cordia
tis int
rantem
dam,

pauper
publici
in quo

uertere
comm

curris
tri ben

Saluat
mni o

eam bo
spitium

horreb
re, in t

si ex h
stabilium

Sicut i

CHRISTI. PARS I. 53

locum in diuerforio. Vbi perpende, quanta Sanctus ille Ioseph sollicitudine & diligentia singulas obeat domus, vt locum inueniat, quantoq; dolore & angore percellatur, dum ne quidē pro dilecta sua sponsa, pretiosoque deposito à Deo ei commisso, locum inuenire potuit.

Erga B. Virginem quoque misericordia commoueare, per tenebras noctis inter inhumanos istos homines errantem, totam defatigatam & verecundam, cumque à nemine tandem, ob paupertatem reciperentur, in locum publicum quasi semirutum stabulum, in quo locari solent bestiae, coactos diuertere. O anima mea, quomodo non commouentur viscera tua? cur non occurris huic pauperi Societati? huic matri benedictae, quae in vtero suo gestat Saluatorem, cumque videas eam ab omni officio pietatis desertam, coge eam benignè; vt saltem in tui cordis hospitium ingredi velit. Nam minimè abhorrebit ingredi ad te ille, qui propter te, in tantas se dimisit ærumnas. Quod si ex humilitate gaudeat hospitari in stabulo, inueniet quoque in te bestialium affectionum stabulum. Verum sicut ille stabulū, in quo natus est, con-

54 MEDITAT. DE VITA

uertit in paradifum, fic in te ingreffus, te faciet mundum, & fanctum fuæ Maieftatis templum.

3. B. Virgo vite ftabulum ingreffa, vt erat diuina quadam fapientia prædita, mox aduertit, hunc effe paradifum, & deliciarum hortum, quem Deus præpararat fecundo Adamo; & hanc humilem speluncam effe regium illud palatium ab æterna fapientia gloriofæ natiuitati fuæ erectum. Deinde præfepe, effe lectulum illum floridum, à fponfa pro quiete dilecto fuo conftitutum, & thronum regium, in quo verus Salomon federe debebat, & ex illo mundum docere veram fapientiam, & veram falutis viam, quæ eff, humilitas ipfa & paupertas. Cum ergo B. Virgo, partim ftupore, & fuma admiratione huius myfterij, partim incredibili gaudio & lætitia mentis, ftaret abrepta & abforta in Deo, Ecce nouo & admirabili modo, ex puriffimis vteri vifceribus, quali ex nobili thalamo, intemeratis virginitatis clauiftris fponfus cœleftis, ne ipfa quidem aduertete, fubito egreffus eff.

4. O foelix & beata Mater, quanto gaudio lætitiâq; fpiritali tunc abundafti, quando vocibus, concentuq; angelo-

Prou. 9.

Cant. 1.

Pfal. 18.

EMM

rum excitata oculis tuis iacentem aspexisti in terra, quàm firma fide credebas in sinu patris quiescentem in cælis quando oculis corporeis in forma hominis tanta humilitate vidisti præsentem illum, quem lumine Spiritus in forma Dei, in throno diuinitatis excelso sciebas collocatum. Dic mihi, quæso, ô Mater sancta, quod cor, quæ mens, quis animus tibi tunc fuerit? O quantum tunc anima tua Dominum magnificabat? quam exultabat Spiritus in Deo salutaris suo? cū videres completum, quicquid à cœlesti nuncio fuerat prænunciatum nempe iam natum esse illum altissimi filium, qui sessurus erat in throno regio David, & regnaturus in domo Iacob in æternū. Verū quid facies, ô pietissima Virgo? Ecce filius Dei, tener infantulus in nuda terra iacet, flens & tremens præ frigore, nec sine periculo, si ita eum relinquas. Contra, tantane tua est audacia, vt hunc virgineū & diuinum foetū manibus tuis attingere non verearis? Audebīsne humilis virguncula mortalibus brachijs ferre & contrectare hoc pignus cœleste, verbum æternum incarnatum, ad cuius præsentiam omnes cœlestes virtutes contremiscunt?

5. Magnum hinc certamen erat in

C 4 MA-

36 MEDITAT. DE VITA

MARIÆ pectore, inter timorem reuerentialem, qua verebatur manibus suis attingere filium Dei, & amorem filialem, acriter stimulantem, vt omnino rescissa mora tanquam proprium filium in sua brachia eum reclinaret; ad id enim ab æterno Patre se sciebat electam. Tandem vicit amor, & misericordia: nec potuit fentem infantulum diutius contueri, quin ipsa quoque diffunderet lachrymis, sed dulcissimis cum incredibili læticia sponte manantibus. Collegit ergo virgineis manibus suis pretiosum & incomparabilem istum cælestium diuitiarum thesaurum. Vbi perpende quanta significatione amoris, materna omnia officia erga eum exercuerit, panniculis inuoluendo, pectore suo admouendo, purissimo lacte nutriendo, & humiliter in corde suo eum adorando.

6. At dic mihi, Virgo benedicta, quo loco reposuisti tam dulcem & amabilem filium? vbi vnigenitus filius Dei per natiuitatem temporalem factus homo primam in mundo sedem habuit? O quàm mollis, quàm odoratus quàm floridus esse debebat lectus, in quo requiescere debebat tantus Rex & Dominus, quàm pretiosæ cunæ, in quibus locanda

C
canda
quante
bus aut
quo na
branda
his om
loco re
omnes
Heu n
ras plu
in vili
manti
cto, i
Ad id
tas no
filium
tudo.
sui in
uerfer
7. V
Domi
lus, de
repro
ferui
confi
venie
ra & r
pia, t
tam v
non



canda tam nobilis & illustris proles, quanto auro fulgere, quam præstantibus aulæis vestiri debébat locus ille, in quo natalitia tanti Principis erant celebranda. Tu virgo sancta, quæ præsens his omnibus adfuisti, fateri nobis: quo loco reposueris dilectum tuum supra omnes dilectos, & electū ex millibus? Heu non in lecto molli, non inter teneras plumas, non in nobilibus cunis, sed in vili, duro & frigido brutorum animalium præsepi, in loco vili & abiecto, in immundo & foetente stabulo. Ad id impulit te necessitas & paupertas nostra, ad hanc demissionem traxit filium Dei arrogantia nostra magnitudo. Hic æterna sapientia aduentus sui in mundum primum voluit esse diuerserium.

7. Verum quid sibi vult, ô suauissime *Esa. 7.*

Domine, cum tu sis sapiens ille puerulus, de quo Propheta dixit, quod sciat reprobare malum, & eligere bonū, cui seruiunt dies & tempora, quo auctore consistunt omnia in celo & terra, quod veniens in mundum elegeris deteriora & molestiora, vt nasci in tanta inopia, tempore tam incommodo, loco tam vili, & quidē nocte obscurissima? non certè alia de causa, quàm vt pude-

C 5 face-

Esa. 7.
1. Cor. 4.

faceres sapientiam sapientum, & repro-
bares prudentiam prudentum huius
saeculi, & intelligerent non esse vera bo-
na, quae mundus admiratur, & suis sua-
det sectatoribus. sed quae tu elegisti, tuoque
exemplo suasisisti, nempe, paupertatem,
perpersionem afflictionum, sui, omniumque
rerum despicientiam.

8. O caeci & stulti Adae filij, quibus
natura indidit tantum sciendi deside-
rium, venite & praebete aures huic Do-
ctori caelesti, Magistro gentium, & au-
dite admirabilem profectionem, quam
ex hoc praesepio, tanquam è magistrali
cathedra hodie facit, & vobis tradit, no-
tate eum, qui nondum nouit linguam
formare in verba, iam nunc exemplo
vobis praedicantem. Videte, quo pacto
sua paupertate extrema confundat ve-
stram auaritiam, dulcedine caritatis
suae inuidiam, & cordis vestri duriti-
am, puritate ortus Virginei refrenet ve-
stram luxuriam, mansuetudine leniat
iracundiam, parcitate victus & simplici-
tate accuset nostram gulam, Societa-
te laboriosorum animalium redarguat
acediam, & denique tenellorum suo-
rum membrorum frigore & tremore
damnet nostram molliem, & in per-
feren-

ferend
ergo su
bona n
nam
repudi
ptates,
est mo
lam pa
dicat h
sepe,
chrym
lizant.
9. C
uinæ S
quia h
suam,
peccat
insipie
dilo in
vt de c
que cil
tor in
nem p
alio n
quam
dare i
trans
ceret,
buit i
est en

ferendis aduersis impatientiam. Malæ ergo sunt corporis voluptates & dilitig bona mortificatio, & carnis afflictio; nam hanc sapiens ille puer elegit, illam repudiavit. Fuge igitur o homo voluptates, nam portæ voluptatis proxima est mors, pœnitentiam age, nam per illam patet aditus ad cœlum. Id tibi prædicat hoc stabulum, hoc clamat præsepe, hoc membra infantilia, & lachrymæ infantuli IESV tibi euangelizant.

9. CONSIDERA mirabilem diuinæ Sapientiæ œconomiam; nam quia homo non agnoscebat dignitatem suam, in qua à Deo conditus fuit, per peccatum similis factus est iumentis *Psal. 48.* insipientibus, & idcirco eiectus paradiso in hunc mundum amandatus est, ut de cætero inter bestias ageret, earum que cibo victitaret: propterea Saluator in mundum adueniens, ut hominem pristinæ restitueret dignitati, quo alio in loco illum quærere debuit, quam in stabulo? & cum se voluerit illi dare in cibum, ut eum in semetipsum transformaret, & ad cœlum perduceret, nõ ane loco scœni collocare se debuit in præsepio animalium? Natus est ergo in Bethlehẽm, hoc est, in

60 **MEDITAT. DE VITA**

Iob 38.
Psal. 79.
Dan. 3.
Rom. 9.

Dan. 7.
Psal. 45.

domo panis, panis ille viuus, qui de caelo descendit, vt det vitam mundo, & ille, qui in caelo est panis Angelorum descendens in terram, se fecit panem bestiarum. Contemplare nunc magnū Deum, quem laudant astra matutina, qui sedet super Cherubin, & ambulat supra pennas ventorum, quomodo abbrevuiatus, & reclinatus sit in praesepio super exiguo foeno. Ille, cui astant, & quem adorant mille millia Angelorū, ille, cuius conspectus laetificat totam ciuitatem Dei, nunc iacet plorans, praefrigore contremiscens, & vilibus fasciulis inter duo animalia obuolutus. O Rex gloriae, o Speculum innocentiae, tibi ne congruunt haec lachrymae, hoc frigus, haec nuditas? Quid tibi cum praesepi, cuius regius thronus est caelum, & scabellum pedum tuorum terra? cur factus es mutus, aeternum verbum Patris? cur suspiras & ploras, Angelorum gaudium? Hoc tributum, nimirum, haec poena, debebatur sceleribus nostris; sed culpae nostrae iniuria, & caritatis tuae excellentia, te adegerunt, vt haec omnia in tuos humeros deriuares.

10. **CONSIDERA**, quomodo hoc temporis puncto, sancti Angeli, Cherubini & Sc-

C
& Serap
caelesti
nem fac
pio, qu
lo. Cre
iecto in
miseria
eum ad
ria aula
Dixisse
lum, &
centius
runt el
tra esse
ri. S
do exp
nimi, c
cum in
choros
ci illo
cum v
DE O
trem t
caeli,
runt n
tes du
ram c
colles
videre
tuli è r

& Seraphini, cum vniuersa Hierarchia
 cælesti videntes Deum gloriæ, homi-
 nem factum recumbere in vili præse-
 pio, quasi pudefacti se remanere in cæ-
 lo. Creatore suo tanta humilitate ab-
 iecto in terra, omnes pariter alas suas de-
 miserint, & de cælo descenderint ad
 eum adorandum, omniaque ministe-
 ria aulæ cælestis propria præstandum.
 Dixisses in Stabulo tunc esse ipsum cæ-
 lum, & præsepe cælo fuisse magnifi-
 centius & augustius. Tunc angeli cape-
 runt esse incolæ terræ, & homines con-
 tra esse ciues cæli.

II. SED ô beata Dei mater, quis fan-
 do exprimet, quæ sensa, qui motus a-
 nimi, quæ extases mentis tuæ fuerint,
 cum inter tot gaudia, tot angelorum
 choros, tantas amoris flammæ ex dul-
 ci illo præsepi erumpentes, versarere;
 cum videres te præsentem astare ipsi
 DEO, sciresq; illum ipsum esse & Pa-
 trem tuum, & Sponsum, & filium? Si
 cæli, vt Propheta loquitur, distillaue-
 runt manna ante faciem Dei, & mon-
 tes dulcedine Saluatoris huius in ter-
 ram descendens liquefacti sunt, &
 colles lacte & melle fluxerunt; tu cum
 videres Deum ipsum in forma infan-
 tuli è mammillis tuis pendentem, ma-

Psal. 67.

Exod. 3.

62 MEDITAT. DE VITA

nus suas pretiosas, & pedes in paruo le-
 stulo tendentem, diuinos suos ocellos
 in te conicientem, risuque suo te mi-
 rificè recreantem, cum eum in brachia
 reciperes, falcijs inuolueres, virginea
 labra ori melle dulciori imprimeres, co-
 tumque pectori tuo astringeres, quot
 tunc dulcedinis torrentes, suauitatis
 & consolationem spiritualium flumi-
 na redundarunt in amoroso corde
 tuo?

COLLOQVIUM.

PRECABERE dulcem IESVM,
 vt sicut ipse gigni voluit ex hu-
 mili ancilla, inuolui vilibus pannis,
 deponi in abiecto praesepti, ita digne-
 tur nunc nouo caritatis ardore renas-
 ci in pauperula anima tua; vt velut
 ille amore tui factus est consors tuæ hu-
 manitatis, sic tu, per institutionem vi-
 tæ nouæ, imitando eius paupertatem
 & humilitatem, merearis fieri particeps
 sua diuinitatis.

DOCUMENTA.

1. **I**OSEPH discedens è Galilæa
 quod interpretatur, volubilis, abijt
 in Iudæam quod, Confessio, in Bethlehè
 quod interpretatur, D... panis, vt in-
 scriberetur in catalogum eorum qui e-
 rant

CH
 rant de j
 mus, vt
 David se
 volubilis
 Et facta
 omnibus
 mus me
 calo, vt
 2. SI B
 Et afflic
 abijt in
 cipis ter
 comoda
 reamus
 3. Deu
 nitate s
 hem, Et
 urbem
 stram: q
 ria agin
 Et in to
 ctus ve
 ne digni
 lari, Et
 terra re
 4. Si B
 smit ad
 Dei pa
 ti, in pr
 lacte p

rant de familia David. Et nos si velimus, ut veri filij, & domestici caelestis David scribi in libro vita, deseramus res volubiles & transitorias huius mundi, & facta vera confessione, expurgataq; ab omnibus sordibus conscientia, saepe ad eam mensam panis vini, qui descendit de caelo, ut det vitam mundo.

2. SI B. Virgo cum tanto suo incōmodo, & afflictione domū propriā deseruit, & abiit in Bethlehē, ut pareret edicto Principis tereni, quanto potius nobis omnia incōmoda, & labores perferēdi sunt, ut pareamus mandatis diuinis. Ioan. 6.

3. Deus descendendo in terram pronatiuitate sua elegit exiguam urbem Bethlehē, & pro ignominiosa morte sua regiā urbem Hierosolymam, ad confusionē nostram: qui si quid dignum laude vel gloria agimus, id volumus mox publicari, & in totum mundum divulgari. Defectus verō nostros, & si quid reprehensione dignum committimus id volumus cadari, & si fieri posset, etiam intra viscera terrae recondi.

4. Si Religiosi, qui professionem faciunt imitādi Christum, cōtempnentur Filij Dei paupertatem vilibus fascijs illigati, in praesepe animalium depositi, paruo lacte pasti, nunquam graue ferrent

aut

64 **MEDITA. DE VITA**

aut lecti sui duritiem, vel mensa parcitatem, vel vestimentorum vilitatem.

5. Filius Dei veniens in hunc mundum elegit in natiuitate sua pauperem domum, pauperem lectum, pauperem matrem, res omnes pauperes. Si Iesus est Sapientia aeterna, de qua dicit Prophetas, quod sciuerit reprobare malum, & eligere bonum, certum est, non esse vera bona, qua homines huius saeculi bona existimant, ut opes, honores delitiam &c. Sed qua elegit Christus, ut paupertatem, humilitatem, & malorum tolerantiam.

6. Deus veniens in hunc mundum, non inuenit locum pro se, & ideo opus habuit, cum tanta sua molestia nasci in stabulo. Quare homines qui in hoc mundo volunt frui omnibus commodis, magnam habent dubitandi causam, qua parte fruituri sint in altero. Contra, gaudere debent pauperes, & omnes humanis auxilijs destituti, nam tanto in calido apparebunt gloriosiores cum Christo, quanto in terra fuerint illi similiores.

QVO.